

1. C
2. C
3. C
4. C
5. C
6. C
7. C



1748.

1. Post. neller, Geth. Christianus: Ord. jur. ... Decanus: Censor
Generalis s. p. d. (ad Reputationem in ang. Valentini
Ernsti Loescheri invitat)
2. Chladenius, Ernestus Martinus: Museum bulles Brehan
Sine ad. Munstrantem p. Westphalicae Art. 18. § 7.
actorum imperii publicorum ... ad. s. s. s.
3. Crellius, Christophorus Ludovicus: Ord. jur. ... Decanus:
Censor s. p. d. (ad Reputationem Adami G. Albrechtii
Rufferi invitat)
- 4^{at} = Crellius, Christophorus: De ad. s. s. s. in locum
fratris non in. v. s. s. 2. 9. s. s. s.
5. Krausius, Georg. Fredericus: De pecunia a pupillo
sine tutoris auctoritate soluta Janus creatoris
parentis.
6. Leyser, Augustinus, a: De securitate alicui
7. Leyser, Augustinus, a: Defensionem Furtiviani contra
abductoris suscipiet



8. Leyser, Augustinus, a: De posthumeo annisculo sex
suo decimostris
9. Leyser, Augustinus, a: De presumptione Muciana.
10. Leyser, Augustinus, a: De citatione symbolica per
fessam fissam Kerckholz, Bergholz.
11. Leyser, Augustinus, a: De tutela culpabili
12. Leyser, Augustinus, a: De falsis, quae bona mente
committuntur
13. Leyser, Augustinus, a: De probatione caecis per testi-
monium morbum
14. Leyser, Augustinus, a: De fidei honorum.
15. Sonntag, Jo. Christian: De duplici praesentia, quae regnum
admirationatur optimo necessarioque nexu.
16. Welker, Joannes Georgius: De quinquennialibus et
decennialibus Imperatorum Romanorum
17. Wisler, Jo. Christian: De via curva Mercurii et ab ea
in rectam convertenda exemplo transitus Mercurii de

solern d. 5. Nov. A. 1743.

17^b Welker-Schenff [aus Tischler]

17^c Wemsdorf-Acoluthos.

18. Weindorf, Jo. Christianus: De Hypotheca philosopha Helen.
Irina - - - [nur die 4. S. 100.]

1749.

1. Cellius, Christoph Ludov: De thesauro a mercenario . . .
invento
2. Cellius, Christoph Ludov: De jure optionis maxime in
debitis alternatis
- 3^{as} Cellius, Christoph Ludov: De thesauro a mercenario
aut fabrica occultato 2 Tract.
4. Cellius, Christoph Ludov: De delictis quibus honestum
institum fit.
5. Hedlerus, Joannes Christianus: Positiones de natura
et insule cambiorum.
6. Hedlerus, Jo. Christianus: Positiones de natura can-
biorum.
7. Hedlerus, Joannes Christianus: De jure nupt. Vom
Rechte eines Schwieger- Tochter.
8. Krausius, Georgius Fredericus: De potestate appellandi
juriscom & sententia arbitri



9. Kraunus, Georgius Fredericus. Observationes de
in sole actionis Publicianae
 10. Leyer, Augustinus, a. : De pugnis iuriconsultorum
 11. Leyer Augustinus : a. : De licita iudicis correptione
 12. Leyer, Augustinus, a. : De comata beneficii
 13. Leyer, Augustinus, a. : De iuramento Disputatore
 14. Leyer, Augustinus a. : De necessariis in legibus.
interpretandis ad conspectum
 15. Rivinus, Antreas Florus. De praerogativa creatorum
contributum pro chirographariis
- 16 Triller.

DISPV TATIO III 28
POSITIONES — 16
DE 1749 5
NATVRA ET INDOLE
CAMBIORVM

—
PRAESIDE
IOANNE CHRISTIANO
HEDLERO D

CVRIAE PROVINCIALIS IN LVSATIA INFERIORI
ASSESSORE, CVRIAE PROVINCIALIS ET CONSI-
STORII ECCLESIASTICI VITEMBERGENSIS
ADVOCATO

D. DECEMBR. MDCCXXXIX

IN AVDITORIO IVRIDICO

DEFENDET

FRIDERICVS AVGVSTVS BIECK
LEVCOPETRENSIS SAXO

—
VITEMBERGAE
EX OFFICINA SCHLOMACHIANA

POSITIO NES
DE
NATURA ET INDOLE
CAMPIDORVM

TRIAESIBI
IOHANNI CHRISTIANO
HEDDERO D.

CURIAE PROVINCIALIS IN LYVIA INTERIORI
ASSASSORE, CURIAE PROVINCIALIS ET CONS-
TORII ECCLESIASTICI VITENBERGENSIS

ADVOCATO
D. DECEMBRE MDCCXXXIX
IN AUDITORIO IURIDICO

DEFENDIT
FRIDERICVS AVGVSTVS BIECK
LEVCOPITENSIS PARS

Handwritten signature
VITENBERGAE
EX OFFICINA SCHEUCHZANNAE





POSIT. I.



DE eo igitur cambio, siue de iis ego litteris ago, quas creditori debitor pecunias collocatas securius repetendi ergo tradit. Harum definitionem seu descriptionem in *Posit. IX. Disput. II. ex FRANCKI Institut. Iur. Camb. Lib. I. Tit. VI. §. 3. supeditauit*. Hic earundem essentia, seu forma et indoles, specialius est indaganda. Id, meo quidem iudicio, commode fit habito formularum loquendi examine, ex quibus constari solent litterae cambiales. Patescit enim sic, nisi me fallunt omnia, facile, quae formulae necessario constituant cambium, ut ex eo debitor, donec soluat, in carcerem conici possit, quaeque essentialiter ab aliis chirographis cambium distinguant.

POSIT. II.

LITTERAE Cambiales debitorem inter et creditorem nexum constituunt, duplicemque adeo respectum sustinent, alterum creditoris, alterum debitoris. Et uel ideo necesse est, ut 1) *nomen debitoris*, deinde 2) *nomen creditoris* accurate in iis exprimatur. BARTH. *Hodog. Forens. pag. 674.* Nisi enim, quis debi-

debitor sit, quis creditor, ex literis cambialibus liquido appareat, tantum abest, ut ex iis quis in carcerem possit includi, ut nequidem, mea opinione, guarentigionati documenti nomen mereantur, ex quibus Processum executivum instituire valeas. Etsi vero nomen tum creditoris, tum debitoris, sit expressum, tamen exinde a caeteris chirographis, iisque guarentigionatis specificae non discernuntur, quod et in his creditor et debitor nominandi sunt.

P O S I T. III.

NON sufficit scire, quis debeat, et cui debeatur, sed opus est etiam, 3) ut *summa pecuniae*, quae demum soluenda est, in cambio indicetur. In documento enim guarentigionato, seu liquido, uti quantitas exprimenda, ut demum agi executive possit; Ita in Cambio, quod, nisi soluitur, Carcerem minatur, mentio quantitatis uel maxime fieri debet. Ex quo enim instrumento soluere quis in continenti tenetur, ex eodem etiam de quantitate in continenti conuincatur, fas est. Quod requisitum etsi sit necessarium in cambio, adeo, ut sine uitio abesse nequeat, differentiam tamen specificam non constituit, sed cum aliis chirographis iisque guarentigionatis commune est.

P O S I T. IV.

PRAETER debiti quantitatem 4) et *monetae qualitas* in cambio est significanda. In quo enim monetae genere pecunia, cambialiter creditae, restituenda sit, ex ipsis literis Cambialibus constare debet. Solet autem plerumque idem monetae genus in Cambio exprimi, in quo pecunia a creditore mutuo data fuit. At, ut qualitas pecuniae in Cambio exprimat, absolutae mihi quidem necessitatis esse non uidetur. Occurrunt enim uaria cambia, in quibus quidem quantitas debiti, non uero qualitas monetae nominatur. Quod si factum, solutio, quemadmodum ego sentio, fieri debet in iis monetis, quae in ordinationibus cambialibus sunt praescriptae. Vide *Marck's Rescript. de anno 1621. Mand. de anno 1685. Leipz. B. D. §. 22.*

P O S I T.

POSIT. V.

AB obligatione cambiiali debitorem liberat solutio, quae strictae et proprie loquendo dicitur praestatio realis pecuniae eius, quae debetur, *L. si quis aliam 46. L. solutam ff. L. pecuniam 79. ff. de Solut.* *MENOCH. Lib. III. Praef. XV. n. 1. CARPZ. P. II. Const. XXIX. Def. XXIII. n. 1.* Cum uero creditori, solutione non facta, competat actio, ut debitor cambialis in carcerem coniciatur, eoque detineatur, donec soluerit; tum etiam fas est, 5) ut *dies solutionis* in litteris cambialibus, de quibus hic agitur, contineatur. Namque solutionis die nondum elapso nec debitor cambium soluere tenetur, nec actor actionem habet, quippe quae elapso demum die solutionis nascitur. Nondum uero nata actione actorem ius agendi deficit, eique exceptio nondum competentis actionis obstat. *ZANGER de Except. Cap. XXI. pag. 3.* Tantum tamen abest, ut, die solutionis non expresso, litteras Cambiales uim suam cambialem amittere, statuam, ut potius, si cetera requisita adsint, eas ualere existimem, ita quidem ut debitor prius compellendus, eique terminus solutionis iudicialiter praefigendus, *erg. l. 105. ff. de Solut.* et demum, si non soluerit, carcere includendus sit. Contra ex cambio, in quo dies solutionis est expressus, statim, solutione non facta, cambialiter agi potest, quia dies interpellat pro homine. *BERG. de Except. non numer. pec. aduers. Camb. th. 6.* et fides nulla esse potest, nisi sit necessaria solutio rerum creditarum. *CICERO II. Offic. Cap. XXIV.* Solutionis dies, ut exprimat, et uel ideo utile, quia cambii praescriptio exinde diiudicanda.

POSIT. VI.

SVNT, qui 6) *locum*, ubi pecunia reddatur, exprimendum esse uolunt necessario. Equidem non nego, minime raro reperiri cambia, in quibus est nominatus locus solutionis. At enim uero in his litteris cambialibus, quas creditori tradit debitor, de

quibus mihi sermo est, locus solutionis ut exprimat, minime necessum puto. Solutionem debito et congruo loco faciendam esse, neminem fore, credo, qui dubitet. *Lit. S. Concl. CCCLI. DIAN. Part. VIII. Tract. VII. Resol. XVII. Vers. nec obstat etc.* Locum uero debitum et congruum, censeo, domum esse creditoris. Regulariter etiam est solutio facienda a debitore ad domum creditoris. *BARTH. in Litem in illa ff. de Constit. pecun. MAVR. de Solut. Cap. XXIX. TVSCH. Lit. S. Concl. CCCL. Cuius rei ratio in uitando periculo mihi posita uidetur. Vide TVSCH. loc. cit. Concl. DXLI.*

P O S I T. VII.

LITTERIS cambialibus uerba 7) inferuntur, des Werth's hin wohl vergnügt, des Werth's von ihm, Valuta von ihm, Valuta erhalten, empfangen. Haec uerba, quid uelint, sint ne in cambio, de quo agitur, necessaria, an non, breuissimis edocendum. Sunt, qui causam debendi hac uoce indigitari putant. Causae uero debendi, quia sit ratio in iure et facto fundata, qua creditor, debitorem sibi ad aliquid praestandum obligatum esse, probat, ut mentio fiat in cambio aequae ut in caeteris documentis guarentigionatis ex *Iur. Can. Cap. XIV. X. de Fid. instrum.* aliqui uolunt. Alii hac clausula putant indicari, pecuniam reuera esse numeratam, eaque non obscure renunciari exceptioni non numeratae pecuniae. *SCACCIA in Tract. de Commercii pag. 407.* Alii distinguunt uerba: Valuta oder den Werth von ihm, a uerbis: Valuta oder den Werth erhalten, oder empfangen. *BERGER. in Supplem. ad Elect. Proc. execut. §. 27.* Aliorum hic opiniones excutere non opus est. Ut uero, quid ego sentiam, intelligatur, ualuta, arbitrato meo, significat confessionem acceptae pecuniae, caeterum utiliter adiicitur, non tamen necessario. *FRANCK. in Instit. Iur. Camb. Lib. I. Sect. I. Tit. VIII. §. 9.* Atque ab hac opinione me nec ullius unquam oratio nec auctoritas dimouebit, nisi forsitan aliquo in loco expresse sancitum sit, ut ualutae in litteris cambialibus mentio fieri debeat.

debeat. Huius opinionis meae, quas habeam rationes, accipe. Legislatoꝝ Saxo, Diuus AVGVSTVS, in *Appendice emend. Ord. Proc.* §. 5. in uniuersum quibusuis instrumentis litterariis, licet in iis nulla debendi causa specialis expressa, cum moribus hodiernis, ad simplicitatem iuris naturae reductis, quodlibet pactum nudum sit obligatorium, ad reuocandam iterum magisque stabiliendam fidem, animam commerciorum, uim guarentigionati documenti tribuendam esse sanciuit. Deinde ipsa uox, *Wechsel*, in litteris cambialibus expressa, satis indicat, cambiale negotium esse peractum, quod, quicquid remoris, quicquid ambagibus occasionem praestare, et executionis celeritatem interuere potest, prorsus respuit, et, quae altioris sunt indaginis, ad reconuentionem, aut separatam, si res ita postulet, iudicium remittit. Denique *Ord. Camb. Lips.* §. 3. ualutae mentionem ad formam cambii, non requirit.

POSIT. VIII.

QVON maxime et essentialiter cambium a caeteris documentis guarentigionatis distinguit, uniceque potestatem concedit agendi de debitore, nisi soluat, in carcerem coniciendo, consistit 8) in hoc, ut in litteris cambialibus uox, *Wechsel*, *Wechsel-Brief*, expresse contineatur. Processus enim executiuus in eum, qui in specie talis dicitur, et in cambialem solet diuidi. Ab obiecto et fine realem alterum, alterum personalem dicere possumus. Ille ex quouis quidem instrumento liquido, fundamentum intentionis in continenti probante, instituitur, et executionem celeriter quidem, sed rei saltem, non uero personae debitoris, intendit, nec omne spatium deliberandi debitori demit. Cambialis uero longe celerius, multoque fortius eum, a quo solutio exigitur, urget, metuque personalis arresti ad solutionem arctius compellit. Hoc singulari Legislatorum prouidentia introductum est. Probe enim intellexerunt, commerciorum florem, negotiorumque salutem, maximam partem, uerti in hoc, si pecunia ab iis, qui debent,
sine

sine mora possit extorqueri. Quapropter sollicite omnes ambages rescindere studuerunt, quibus alioquin processus aut immortales redduntur, aut saltem ulterius, quam fas est, protrahuntur. Nullus hic dilationibus locus est. Nulla probationis et reprobationis copia. Citationibus uix opus est, quod ipse dies solutionis, statim atque uenit, debitorem interpellat, iustusque debitor, ut in propria persona compareat, instrumentum, quo solutionem secundum rigorem cambialem promisit, aut recognoscere, aut statim diffiteri, facta uero recognitione, illico soluere tenetur. Moram si neget, si satisfacere creditori nequeat urgenti, asseruatur in custodia, donec soluerit. Hunc uero effectum si litterae cambiales habeant, necessum est, ut uocem Wechsel, uel Wechsel-Brief, nach Wechsel-Recht, expresse contineant. Instrumentum enim, quod uocem cambii, Wechsel, uel Wechsel-Brief, expresse non continet, licet aliqui formam cambialem habeat, rigore cambiali non gaudet. HORN. *Class. XI. Resp. C.* BODE *de Camb. Th. VI. Lit. A.* CARPZ. *Disp. de Cambiis Th. XLVI. n. 5.* ZIPPEL. *de Tesser. Collyb. Sect. VII. n. 29.* HEIDIG. *vom Wechsel-Recht, §. und weils auch 2c.* KOENIKE *ad Ord. Camb. Lips. in not. ad §. III.*

POSIT. IX.

LITTERAE cambiales, quas creditoribus maioris securitatis causa tradunt debitores, saepe et plerumque sumunt initium 9) a uerbis: *Laus Deo, a Dieu.* Haec uerba sine dubio inuocationem nominis diuini inuoluunt. Honestum est, et pium, eam semper in quouis negotio apponere, et adhibere. Quicquid enim agimus in nomine Domini incipere debemus *c. non obseruetis 16. caus. 26. qu. 7.* At enim uero an de substantia litterarum cambialium sint ea uerba, alia est quaestio. Ratio sic conscribendi litteras cambiales desumpta, si recte auguror, inde est, quod et aliis instrumentis praemitti soleat nominis diuini inuocatio, adeoque Notariis a MAXIMILIANO I. in *Constitu-*

tionem,

tionem, quae Notarios attinet, de anno 1512. iniunctum sit, ut in instrumentis, quae conficiunt, diuini nominis inuocationem adhibeant. At enim uero sicut inuocatio nominis diuini adesse et abesse potest, salua instrumenti substantia, quod demonstrarunt, BONAVENT. COTT. *Disquis. I. Collat. iur. imper. MYNS. Consil. XLIII.* VAL. GVIL. FOERSTER. *Disput. I. Thes. II.* adeoque Notarii instrumentum minime corrui, etsi omiſſa sit inuocatio nominis diuini, SCHNEIDEW. *ad Prooem. Instit.* ita in litteris cambialibus haec uerba sunt omnino pro superuacaneis et inutilibus habenda, uid. FRANCK. *Instit. iur. Camb. Lib. I. Sect. I. Tit. VIII. §. 2.* HEINECC. *de Vitiis negotiat. collyb. §. 22.* Idem statuendum est de clausulis 10) *leiste zur gefestten Zeit gute Zahlung*, et 11) *nehme Gott zu Hülffe*. Quicquid enim usum non habet, superuacaneum est. CIC. *Lib. II. de Offic. Cap. XXII.*

POSIT. X.

POST uerba: Laus Deo, immediate nominatur minime raro in litteris cambialibus 12) locus dati cambii, 13) dies, mensis et annus seu tempus scripti cambii, 14) summa, 15) qualitas pecuniae creditae, e. g. Laus Deo, Wittenberg, den 1. Mart. 1749. 1000. Rthlr. Lobis d'or. His de formulis, quid statuendum, audire et discere aues. De quolibet harum rerum momento quid sentiam ego, salua cuiusuis alterius opinione, breuiter indicabo. Locum quod attinet dati cambii, hunc D. FRANCK. *in Institut. iur. Cambial. Lib. I. Sect. I. Tit. VIII. §. 2.* interdum adscribendum esse putat, si uidelicet expressa lego id sancitum sit, quem in finem allegat *Ius Cambiale Austriacum §. 2. Guelferbytt. Art. I.* interdum uero omissionem loci innoxiam esse statuit, consentientemque allegat ZIFFELIVM p. 118. Etsi quidem mihi D. FRANCK. recte sentire uideatur, tamen quantum coniectura assequor, alia supponit cambia, quam quidem mihi hic pro obiecto sunt. Nihilò secius traduco eius

B

senten-

sententiam in partes meas, et statuo, litteras cambiales utio non laborare essentiali, etsi locus dati cambii, modo supradicto, non sit expressus. Dies, mensis et annus utiliter, ut quidem mihi uidetur, non uero necessario exprimuntur. Ex annotato tempore id fluit utilitatis ut iudicari queat ceteris paribus, an debitor tempore dati cambii fuerit idoneus ad dandum cambium. Qui enim aetatem minorennem allegat, in eaque se fundat, hanc probare tenetur, uid. WERNHER. *Observ. LXXXV. Part. III. Observ. Forens. recentiorum.* Deinde usurae quae uult accuratius computari, si in litteris cambialibus, quod tamen plerumque fit, cum sorte non fuerint expressae. Sed necessitatis inde nihil pendet. Quod denique summam et qualitatem pecuniae acceptae in rubrica cambii exprimere sit pariter utilitatis saltem, non necessitatis, id exinde patet, quod si alia summa uel qualitas pecuniae in rubrica, alia in ipsis litteris cambialibus, siue, ut loquuntur, in corpore litterarum cambialium sit expressa, haec tantum ualeat, cuius sit mentio in ipsis litteris cambialibus. Rubrica enim cambii non pertinet ad cambii essentiam. Vid. D. SIEGEL. im fürsichtigen Wechselgläubiger *Lib. III. §. IV.* ZIPFEL. im Wechsel-Tractate.

POSIT. XI.

PRAETEREA saepius uerba 16) *Commiss, Ordre*, in cambiiis posita uides, e. g. *Zahle an Meuium, oder dessen Ordre, oder Commiss.* Hic, quid uelint uerba, sintne litteris inferenda cambialibus necessario, iis praesertim, de quibus hic agitur, paucis indicandum. Per *Commiss, Ordre*, intelligitur facultas transferendi litteras cambiales cum omni actione in alium, siue in ipso loco contractus, siue alibi degentem, quod uocant indossare. Videatur D. FRANCK. in *Instit. Iur. Camb. Lib. I. Sect. II. Th. V. §. I.* Censet D. KOENIGK. in *Annotat. ad Ordin. Camb. Lips.* haec uerba, propterea in cambio exprimenda esse, ut uidelicet cambium possit transferri in alium

alium seu indossari Existimat igitur Excellentissimus D. KOENIGK. cambium cedi non posse, nisi ea uerba in litteris cambialibus deprehendantur. Alii dissentiunt, et recte. Qua de re uidere licet BARTH. in *Hodog. Forens.* p. 679. SIEGEL. in *vorsichtigen Wechselgläubiger Cap. III. §. XIII.* Quae mihi mens sit, fas est, ut dicam. Verba ista superuacua cenfeo, litterasque cambiales, etsi in iis uerba ea non sint posita, indossari posse cedereque puto. Indossare enim et cedere hic mihi sunt synonyma. Atque hanc ob causam tantum non dissentio a D. FRANCKIO, qui in *Instit. Iur. Camb. Lib. I. Sect. II. Tit. V. §. II.* ait: *indossamentum esse breuem scripturam ipsis litteris cambialibus ab eo, qui illas exigere poterat, inscriptam, qua potestas illas exigendi in alium confertur.* Nihil enim differunt dicta a cessione, quae transfert actionem in alium, ut eam sibi habeat cum omni causa. Nititur insuper sententia mea lege expressa Saxonica in *Proc. recogn. in Appendice §. XV.* ubi uerba sic se habent: *Wie hiernächst ein jeder W. Sel. Brief, wenn gleich das Wort Commis oder Ordre darinne nicht enthalten, u. gar wohl indossiret werden mag.* Atque sic tati mihi uideor demonstrasse, uerba ista in litteris cambialibus pro se esse superflua. Quicquid enim neque utilitatis, neque necessitatis causa aliquid refert, illud omnino superuacuum esse uidetur.

POSIT. XII.

SOLENT in margine cambii, ad latus sinistrum, e regione subscriptionis 17) uerba poni: *An mich N. N. zur Verfallzeit (in Leipzig) (aller Orten) (wo ich anzutreffen.)* Haec uerba constituunt inscriptionem, et plerumque fuerunt olim posita exterius, siue in exteriori facie, seu in opisthographo, interdum statim in fine litterarum primae paginae. Continent partim denominationem illius, qui soluere debet, partim loci, ubi solutio praestanda. BERGER. in *Supplem. ad Elect. Process. Execut.*

cut. §. XXXII. Postquam uero opisthographum plane in defuetudinem abiit, poni solent ea uerba in fine litterarum cambialium et quidem, ut dixi, ad latus sinistram, e regione subscriptionis, *FRANCK. Instit. Iur. Camb. Lib. 1. Sect. 1. Thes. VIII. §. XXII.* In cambio nostro haec uerba necessitatis nihil, utilitatis parum, uel etiam nihil, inuoluunt, et possunt adesse et abesse, salua litterarum cambialium substantia, quod colligi potest ex antea dictis. Litterae enim cambiales subscrībuntur a debitore, et solutio fit ad dōmum creditoris, nisi aliud in cambio sit expressum, quae nisi fit, debitor ob moram, locorum ubique, actione cambiali conueniri potest.

POSIT. XIII.

QVAERITVR hic 18) an opus sit, ut debitor in litteris cambialibus *nomen sua ipsius manu subscribat*? Debitoris nōmen exprimendum subsignandumque esse, dubio caret, atque supra iam *Positione II.* demonstratum est. Hic submoneo ex *Ord. Mercat. Lips. Tit. XIII.* et praenomen debitoris subscribendum esse. Hac in re conspirat *IUS CAMBIALE GVELE. Art. I.* At enim uero nominis subscriptionem et ab alio pro debitore cambiali, hoc sciente et uolente, fieri posse, firmiter statuo. Namque debitor cambialis aut recognoscere, aut iurato diffiteri tenetur, ipsum uero iuramentum diffissionis ita concipitur: *Daß er selbigen weder geschrieben, noch unterschrieben habe, auch solcher mit seinem Wissen oder Willen durch einen andern nicht geschrieben, oder unterschrieben worden.* *Vid. Ord. Proc. Sax. Recogn. Tit. XXV. §. IV.*

POSIT. XIII.

NOMINIS subscriptioni apponitur interdum 19) *sigillum debitoris.* Quae quidem sigilli adpositio nec quotidiana est, nec plane inaudita. Id certum est, mea quidem opinione, abun-

abundare sigillum, atque ad substantiam, cambiique essentiam minime requiri. Vid. MÜLLER. *ad STRVVI Syntagma Iur. Civ. Exercit. XXV. Thes. XLIII.* CARPZ. *Disput. de Camb. Thes. XLVI.* SPRENGER. *Practica Camb. §. 11. pag. 48.* AHASV. FRITSCH. *ad VOIGT. de Camb. pag. 202.*

POSIT. XV.

TANDEM 20) uox: *Sola*, quae cambiis inferi solet, e. g. gegen diesen meinem Sola-Wechsel, ad essentiam litterarum cambialium, de quibus hic agitur neutiquam pertinet. Statuunt aliqui, quorum in numero est FRANCK. *in Instit. Iur. Camb. Lib. 1. Sect. 1. Tit. VI. §. VIII.* hanc uocem esse cambii uerbum aequipollens, adeoque sufficere ad producendam actionem cambialem, si, omissa uoce: *Wechsel*, in litteris cambialibus expressa sit. Dissentit ZIFFEL. *de Cambiis p. 250.* ADRIAN. STENGER. *de Assignat. Mercator. §. XII.* In cambio nostro uocem *Sola* neutiquam esse uerbum cambii aequipollens, assero, sed uocem, *Wechsel*, expresse desiderari statuo. Quicquid enim ad formam rei requiritur, per aequipollens expediri nequit. Et, ut ingenue fatear, uox haec pertinere huc mihi non uidetur, sed ad alia cambiorum genera, uti luculentius patet ex BERGERO *in Supplem. ad Elect. Process. execut. §. XXIII.* ubi sic ait: *In litteris cambialibus uox, SOLA, denotat unicam schedulam, prima autem schedula dicitur respectu secundae, secunda respectu tertiae, et sic porro.* Haec uero omnia hic locum non habent.

POSIT. XVI.

VLTIMO demum loco 21) dispiciendum est, quid formulae: *Bey Verpfändung meines Vermögens, bey Einsetzung des Meinigen*, quae minime raro cambiis adiciuntur, in recessu habeant. Conferunt eae ius hypothecae conuentionalis BERGER.

in Supplem. ad Elect. Process. Executiui. §. XXX. extra Saxoniam, et ibi utilesse possunt, ubi conuentionales hypothecae ualent, et ubi hypothecarum constitutiones litteris cambialibus adicere, non prorsus prohibitum est, ut in terris Brandenburgicis, Halberstadenfibus et Magdeburgicis, uid. *IVS CAMB. BRANDENB. Art. XXXVII.* *IVS CAMB. HALBERSTAD. Art. XXXIII.* *IVS CAMB. MAGDEBURG. Art. XXXIII.* At in Saxonia hodie nullius sunt utilitatis per *ORD. PROC. SAX. RECOGN. ad Tit. XLIV. §. II.* Ideoque in Saxonia inter superfluas, extra Saxoniam inter utiles, nullibi uero inter clausulas, ambii necessarias referri possunt.

POSIT. XVII.

His ex dictis omnibus facile patet, quae formulae sint in litteris cambialibus superfluae, quae utiles, quae necessariae. Haec uero mihi perquisiuisse nondum satis uidetur, sed et indicandum cenfeo, unde hoc cambium, de quo ago, ortum, et quo modo uocandum sit. Regulariter, quemadmodum in disputatione secunda demonstraui, in cambiali negotio, quatuor personae occurrunt, *Trassans, Remittens, Praesentans, Acceptans*, qui reddito cambio implementum praestat. Fieri etiam potest, ut inter tres personas subsistat. Inter duas igitur personas cambiale negotium, qua tale, non agebatur. Quia tamen utilitatem habet intuitu executionis, ii etiam, qui uel suum conseruare, uel fidem sibi conciliare studebant, facile eo progrediebantur, ut obligationibus suis dandi uel faciendi nexum cambiale superinducerent, uid. *LVDOVICI Process. Camb. Cap. I. §. II.* *SCHAVMBURG. in ff. Lib. XIX. Tit. V. §. XV.* Et ex eo est, quod praeter *trassata* cambia, et haecce, de quibus ago, inuenta sint, et quae uocant *propria*, *eigene Weychsel*, non quasi *Kozias*, et in sensu proprio cambiorum nomen mereantur, sed quod hic inter duas personas geratur negotium, et debitor ipse *trassare* et *acceptare* fingatur, adeoque

ad

ad propriam personam, ut loquuntur, litteras dirigat. Vnde non errant, qui haec cambia alio sensu impropria uocanda arbitrantur. BOENIGKE *Dig. in Ord. nat. redact. Lib. IV. Tit. XXIX. n. 9.* Videntur sane haec cambia sensim nata ex cambiis ficcis. Cum enim omne usurarium lucrum a Pontifice damnaretur *t. t. X. de Usur. Cap. Quanquam, eod. tit. in VI. C. unic. Clement. eod. tit.* reperti sunt ingeniosi ad fulmen illud auerruncandum homines, qui a debitore exigent tesseræ collybisticas, ita in speciem conceptas, ac si alio loco soluenda esset pecunia, cum tamen uere redderetur in loco contractus, et usurae tunc more cambiali accenserentur forti, et uel prouisionis, *Pagio*, aliudque honestum nomen induerent. RAPH. DE TVRRI *de Camb. Disp. I. Qu. XXIX. n. 13. 14.* MARQVARD. *de Iur. Mercat. Lib. II. Cap. XII. n. 27.* Cum autem sensim euilisset illa de prauitate usuraria sententia, non opus amplius uidebatur illa fictione, nec prae se ferebant contrahentes, pecuniam alio loco solum iri, sed debitor in litteris cambialibus ingenue confitebatur, se soluturum certo die. Atque sic nata sunt *cambia propria*, quae creditori a debitore securius pecunias repetendi causa traduntur, et de quibus hic agitur. Nunc uero haec dixisse sufficiat.



Wittenberg, Diss., 1748/49





TH → a

Wittenberg 7/12

W 18







28
-10

1749 5

DISPVATIO III
POSITIONES
DE
VRA ET INDOLE
AMBIORVM

PRAESIDE
NNE CHRISTIANO
HEDLERO D

ROVINCIALIS IN LVSATIA INFERIORI
ORE, CVRIAE PROVINCIALIS ET CONSI-
II ECCLESIASTICI VITEMBERGENSIS
ADVOCATO

D. DECEMBR. MDCCXXXIX
AVDITORIO IVRIDICO
DEFENDET
ERICVS AVGVSTVS BIECK
LEVCOPETRENSIS SAXO

VITEMBERGAE
X OFFICINA SCHLOMACHIANA

